

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

Vis & usus verbi DEI.

Retributio Manu sicut videtur in Timore DEI.

Sapientia seipfam commendat.

Vocat Sapientia sine discrimine omnes.

77 Ad sciendam SAPIENTIAM.) Omnia hæc, quorum hoc loco fit enumeratio, Bona & Dona sunt DEI. Misericordis atq; Benigni, quæ ex mera Bonitate sua, per SAPIENTIAM Spiritum sanctum, suis diversimodè, hoc est, vel mediâ, vel immediatè, largitur, pro tempore & loco (secundum quod viderit conferre ad gloriam Nominis sui Divini, & professe illis proximis eorum, quibus distribuit aut donat) diversis. Nec uni dat cuncta DEVS. Doctrinæ filijs, hoc est, fidelioribus & dexteritate præditis debita, certisq; quibusdam electis, (qui pauciores) meliora, secretiora, certa & selectiora ut conveniunt, ita communicantur. Vnde Lilius, de Lapide Philm. verba faciens, si, inquit, DEVS sciret in homine mentem fidelem, utiq; ei veritatem intimaret. Sis ergo in Timore DEI (indutus vestimentis Christiano Cabalisticis DECEM, figur. Amphitheatri hujus secunda annotatis) totus, rejiciendo Binarium, & Ternarium per Quaternarium ad Monadis simplicitatem, & viribus Divinitus concessis, reducendo quærens Regnum DEI & Iustitiam ejus ex toto corde, tota anima, totis viribus, tota mente, aut quærere saltem Theosophicè studens, non respuet IHOVAH tuum velle: quia in bonis (instinctu Optimi) benè voluisse fat est. Est aliquid prodire tenus, si non datur ultrò: cumq; desint vires, tamen est laudanda voluntas. *Gott gefelt der Gehorsam wol.* Nec solet DEVS, teste D. Paulo, extinguere elychnium candens. Si scopus tibi gloria DEI, & phy diabolus, proderitq; tibi & proximo tuo, (est enim cur, cui, quando & quantum) ascendendo per Scalas Conjunctionis & Unionis, nec non descendendo per Gradus Cognitionis, à IHOVAH quod petis, Orando & Laborando, feliciter impetrabis. Faciet DOMINVS (nihil certius) vos luntatem tuam, qui times eum, Psal. 145. Vide § 19. Secedat igitur à te dubitatio (conceptus diaboli in te) omnis. Sapienter adlaborans crede DEO & in DEVM, fiducia firma, non hæsitans fide, inventes, quod quæris: dabitur tibi; accipies; fiet. O bestiam, incredulitatem! Ora DEVM, ut augeat tibi fidem. Fides, DEI Donum. Hanc à me ne auferes, obsecro DOMINE!

79 Astutia) Subintelligitur, bona. Calliditas, solertia. In bonam namq; partem hoc Prologo vocabula hæc accipiuntur. Parvulos hic vocat simplices, qui facile huc & illuc impelluntur, malè persuasos atq; seducios. Ita & § 39. Oremus SAPIENTIAM veram, ut, quæ parvulos & verè humiles mirifica veritatis dulcedine reficere, inenarrabiliq; gaudio ac lumine exhilarare consuevit, nos rotos nostrosq; in Oratorio & Laboratorio labores, Celesti benedictione gratiaq; sua Divina replere dignetur. Observandum: Cum successus continuæ felicitatis totus à voluntate derivetur Divina, videat ne defectivè peccet in puncto Impetrationis hoc, Cabalam, Magiam & Alchemiâ exercens. Ut tibi faveat IHOVAH, Solis supercelestis radius tibi, laborib; q; tuis affulgeat, studere memeto.

80 Sapientior erit) Ut dies posterior præceptor prioris; sic Sapiens Sapiens. Sunt gradus inter Doctrinæ filios; unus præcellit alium: nullus tamen horum contemnendus. Laudato ingentia rura, exigua colito, rectè monuit Virgilius. Quasi diceret Solomon: Intelligentia præditus, servans mandata mea, artes non solum vulgares, verum quoc; secretiores aut reconditiores acquirere, sicq; Sapientior erit: & tum, iudicio, Sapientia experientiaq; confirmatus, pollens, ingeniosa de die indiem consilia subtiliaq; inventa, in quovis scibili, Theosophicè consequetur.

81 Interpretationem) Mensuram, ut loquuntur Hebræi, & pondus verbi. Huc pertinet Cabalistarum Gimetria; Tevos rasche; & Notericken. De quibus vide ipsorum scripta. A Enigmata) Obscuros & involutos sermones. A Enigmatis & parabola exempla habes apud Ezech. 17. 2. Nota: Hæc via, hæc methodus perveniendi ad intellectum ænigmatum, parabolarum, allegoariarum, mysticorumq; sermonum, veterum Sapientum, in Cabalisticis, Magicis, Chemicis; OMNIBVS. Si SAPIENTIAM sororem habes; & PRUDENTIAM, amicam; Theosophicè intelliges ac desces OMNIA. Cogitato super hisce, qui sitis veritatis nescitis, ex Sapientum involucris.

82 Propter humilitatem, &c.) IHOVAH humilibus dat gratiam; divitias; gloriam; vitam; de quibus in præcedentibus. Humilitas sive mansuetudo, & sui in Timore DEI (coram DEO) abjectio, est sui, cum fructibus SAPIENTIAE in DEO gloriosa inventio, exaltatio & sublimatio: Nam humiles corde DEVS exaltat sublimesq; reddit. Vide § 263. & 264.

83 Si Sapiens fuerit, &c.) Verl. 179. rectè inquit Sapiens noster: Qui Sapiens genuit, lætabitur in eo. Idem & hoc loco. Exultant præ gaudio parentes, exultant præceptores, videntes se doctrinam bonam benè collocasse, margaritasq; bonum calcibus non conculcari. Dico hæc & ego omnibus, quibus Amphitheatrum hoc nostrum videre contingit.

84 Quum locuta fuerint recta, &c.) Hoc est, cum fas fueris veritatem, de utili & fidei institutione mea. Quod si astutia malitiosa reticueris verum, me non enecat reticentia tua ista, sed dico cum Cicerone, Vbi rerum testimonia adfuerint, quid opus est verbis? Conscia mens recti famæ mendacia ridet. Solum me placeant bono. Consolatorium Tertulliani hoc: Cum damnatur à mundo, absolvimur à D. O. M. I. N. O.

77 Ad sciendum SAPIENTIAM & ERUDITIONEM, ad intelligendum eloquia INTELLIGENTIÆ.

78 Ad suscipiendum eruditionem INTELLIGENTIÆ, Iustitiam, & Iudicium, & Rectitudines;

79 Ad dandum simplicibus calliditatem, puero SCIENTIAM & Cogitationem.

80 Audiet Sapiens, & addet Doctrinam: & Intelligens Consilia possidebit.

81 Ad intelligendum parabolam & eloquutionem, verba Sapientum, & ænigmata eorum.

82 Propter HVMILITATEM & TIMOREM JHOVÆ, divitiæ, & gloria, & vita.

83 Fili mi, si sapiens fuerit cor tuum, lætabitur cor meum, etiam ego lætabor:

84 Exultabunt etiam renes mei, quum labia tua loquentur, quæ recta sunt.

85 Nonne SAPIENTIA clamat, & INTELLIGENTIA dat vocem suam?

86 In summitate locorum excelsorum, iuxta viam, in loco semitarum stat:

87 In loco portarum in ostio civitatis, in ingressu ostiorum clamat:

88 Ad vos, ô viri, clamo, & vox mea ad filios hominum.

89 Intelligite simplices Astutiam, & stolidi intelligite corde.

90 Audite, quoniam honorabilia loquar, & apertio laborum meorum erit Rectitudines.

91 Quia VERITATEM loquetur palatum meum: & abominatio laborum meorum est impietas.

92 In JUSTITIA sunt omnia eloquia oris mei: non est in eis pravum, nec perversum.

93 Vniversa ipsa recta sunt Intelligenti, & recta invenientibus SCIENTIAM.

94 Accipite ERUDITIONEM meam, & non argentum; & SCIENTIAM potius quam aurum electum:

85 SAPIENTIA clamat) Vbinam? In toto Vniverso; puta, in Libris Naturæ atq; Creaturæ, SSæ. Scripturæ, & Conscientiæ propriæ. Dat vocem suam) Quamnam? Triunam: Naturæ; SSæ. Scripturæ; & Legis Conscientiæ, quæ scintilla Iustitiæ Divinæ. Vocem hanc Catholicam auribus haurimus sensuum, rationis, Intellectus ac Mentis: in Oratorio, Orando; in Laboratorio, Laborando, Micro & Macrosmicè, Physicè, Physico Medicè, Physico Chemicè, &c. Ut est figuris Amphitheatri hujus secunda & quarta. Vox DEI in Omnibus, per Omnia, de Omnibus, ad Omnes. Vide expositionem § 215.

86 Supra viam) Totius Vniversi, hoc est, per omnia quæ sunt in toto Vniverso. In mediis semitis) Coram omnibus, cunctis, singulis, ac Vniversis; ubi vis locorum: Coram DEO; Angelis; hominibus; Mundo.

2 Ad sciendam SAPIENTIAM & DISCIPLINAM, ad intelligenda verba PRUDENTIÆ,

3 Et suscipiendam ERUDITIONEM DOCTRINÆ, Iustitiam, & Iudicium, & Æquitatem.

4 Ut detur parvulis astutia, adolescenti SCIENTIA & INTELLECTUS.

5 Audiens Sapiens, sapientior erit: & Intelligens gubernacula possidebit.

6 Animadvertet parabolam, & interpretationem, verba Sapientum, & ænigmata eorum. SUMMA:

4 Finis MODESTIÆ TIMOR DOMINI, divitiæ, & gloria, & vita.

15 Fili mi, si Sapiens fuerit animus tuus, gaudebit tecum cor meum:

16 Exultabunt renes mei, quum locuta fuerint Recta labia tua. Sed age,

1 Nunquid non (הבוכמה) SAPIENTIA clamat, & (הנוב) Binah) PRUDENTIA dat vocem suam? En illa ipse sunt!

2 In summis excelsisq; verticibus supra viam, in mediis semitis stans:

3 Juxta portas civitatis, in ipsis foribus loquitur, dicens:

4 O viri, ad vos clamito, & vox mea ad filios hominum.

5 Intelligite parvuli Astutiam, & insipientes animadvertite.

6 Audite, quoniam de rebus magnis loquutura sum, & aperientur labia mea, ut Recta prædicent.

7 VERITATEM meditabitur guttur meum, & labia mea detestabuntur impium.

8 Iusti sunt omnes sermones mei, non est in eis pravum quid, neq; perversum:

9 Recti sunt Intelligentibus, & æquivalentibus SCIENTIAM.

10 Accipite DISCIPLINAM meam, & non pecuniam: DOCTRINAM magis quam aurum eligit.

87 Iuxta portas) Tanquam in publico omniumq; conspectu; palam omnibus, per totum Vniversum creatum, ut nemo se possit excusare. In portis enim civitatum veteres Ius dicebant, § 121. Loquitur) Qua voce? Certè mirabili: nec mirum, si, ut inquit Hugo, Mirabilis mirabilia operetur. Voces SAPIENTIAE has, lingvasq; varias, vide annotatas, figur. Amphitheatri hujus quarta; & præfatione in ZEBELEM, à me publicatum. Notatu dignum, quod SAPIENTIA Altissimi, amore nostri amoris, ut se nos amemus, è throno Celsitudinis suæ ad profundum humilitatis nostræ, sese tam altè demittat, conjungat ac uniat lumen immortalitatis suæ, cum limo mortalitatis nostræ. Vide expositionem § 115. Hæc Fermentatio mirabilis, mortalem reddit immortalis. Lapis Philm, hic hyperphysico Magicus & verè Divinus, solis

Christiano Cabalisticis cognitis. O SAPIENTIA, mentis mea aperio oculos, ut te videam; aures, ut te audiam; sensus purga, rationem & intellectum, ut te intelligam; cordis tange lingvam, ut te gustem! deniq; fac quæso magnetis tui tractu lever, Spiritus tui igne sublimet, conjungat & uniat tecum.

88 O viri, &c.) Viri, hoc est, secundum Hebræos, genere & doctrina Nobiles; & filij hominum, id est, humiles, obsecuro atq; plebei. Non est DEVS acceptor personarum, sed in omni gente, ordine, ætate ac statu, qui timet DEVM, & operatur Iustitiam, acceptus est illi. Actor. 10. 35. Quapropter & SAPIENTIA sine discrimine vocat omnes. § 1. In conspectu DEI, rusticus æquipollet Nobili: ratio est, quòd uno eodemq; prætio ex diaboli sint potestate ambo redempti. Tanti hic, quanti ille. Imò, μηδὲ γὰρ, hoc est, ne gry solo genere Nobilis melior plebeo probo atq; honesto; etiam in hac vita. Humiles nobilitat virtus. Scis quæ vera sit Nobilitas? Audi Juven, Saty. 7. Nobilitas sola est atq; unica virtus. Contempta res est homo, nisi virtutem curet. Propter genus, divitiis, officia, honores, superior quidè aut major est & dicitur homo; melior, ob solam virtutem. Hac etiam ex plebe infimus præditus esse potest; carere, generis 89 Parvuli) Ut § 79. (Nobilitate summus. 90 Audite) Audite, videte, observate SAPIENTIAE sermones, cum attentione accurata, non oscitanter. De rebus mag.) Revera magnis, & SAPIENTIA Maximi maxima dignis, quæ expiato à perturbationibus animo diligenter sunt aufcultanda, expurgatoq; Theosophicè intellectu, & veritati veluti clavis (illuminationis Divinæ manu) cum seza coarpto, rimanda, percontanda & observanda. Quod si feceris, fructus SAPIENTIAE nancisceris, theoreticè & practicè insignes. Ut recta prædicent) Quicquid igitur cum SAPIENTIAE aternæ VERBO, Biblicè, Macro & Micro Cosmicè scripto, de Physicis, hyperphysicis atq; Divinis, harmonica ratione non concordat, rectum aut verum esse non potest: fucet defendatq; mundus imundus diaboli sophismata, ut ut possit ac velit. 91 Veritatem) Veritas ipsa, non nisi meram proferre vult ac potest veritatem. Hæc incarnata: EGO SVM, VIA, VERITAS & VITA. In hujus ore non inventus dolus. Ad imitationem SAPIENTIAE veræ, omnes alumni ejus meditabuntur veritatem, & labia illorum detestabuntur impium, derisorem, stultum, quantumvis etiam sive generis, sive doctrinæ mundanæ nobilitate præcellentem. Ego, DEVM testor, nauci & nihili æstimo istos Centauros, Thraones, sibi suisq; similibus tantum nobiles; DEO & Sapienti, ignobiles. Abominatio sunt in conspectu meo tales. Veræ Nobilitati ne gry detractum volo. Scis ipse, quod Olla contrita, reperiantur ubiq;. 92 Iusti sunt, &c.) SAPIENTIAE sermones, ut omnes, ita & hosce oracula mera (sicuti sunt) esse putato, de Divinæ mentis adyto Sapienter profecta, veracia, justa, recta. 93 Recti, &c.) Plaini, obvij, intellectu faciles. At quibus? Intelligentibus, hoc est, Sapientibus sive sectantibus SAPIENTIAM veram; à qua sola intelligendi modus nobis inest, & fruendi possessio. Non nominat Sapiens hoc loco intelligentes eos, qui Etymologi, secundum idioma linguarum, Hebraicè, Græcè, Latine, &c. ad literam aliqui intelligent, sed qui nucleum mentis percipiunt, & assequuntur medullam. Intelligentes ab Intelligentia, quæ SAPIENTIA dicitur, vocantur. De his loquuntur Philosophi Physico Chemicis, dicentes: Nos scribimus intelligentibus & scientibus, non ignorantibus. Addo: Cui SAPIENTIAE luminis radius (Micro vel Macro Cosmicè) non affulsi, aut in Oratorio, aut in Laboratorio, aut per Magistrum Sapientem, ignorans est, cæcus & nihil veri de SAPIENTIAE veræ laboribus sciens; nihil intelligens; opinans omnia. Quæ propter vanæ omnes theoriar, vaniq; labores ejus. 94 Accipiet Disciplinam, & non, &c.) Sapienter hortamur, ut venemur SAPIENTIAM, non pecuniam; Regnum DEI & Iustitiam ejus, non opulentiam. Ausim sanctè affirmare, φιλαργυρία, aut φιλανομίαν, hoc est, avaritiam, non minimum esse oblatulum, cur tam pauci (inhiantes toti divitijs tantum pecuniarijs) adipiscantur Lapidem Philm; quæ si principalis Philosophi scopus sit, auro atq; argento abundare! Erras, erras, Tertia & quarta hujus Amphitheatri figuræ, de altioribus te admonebunt SAPIENTIAE, per Cabalam, Mageam & Physico Chemicam, usum fructibus. Aurum & argentum inter Lapidem Philm. fructus infimum occupant locum: at nostri laborantes quærent SAPIENTIAE thesauros propter solas divitijs, vanosq; mundi honores; hic scopus illorum; cum tamen nihil minus, quam hoc, deberent cogitare. Si quærerent primum Regnum DEI & Iustitiam ejus, cætera omnia (inter quæ & aurum & argentum) adicerentur illis. Cum igitur faciant ὕστερον προλεγόν, Das sie die Noß hinden den Wagen spannen! & legitimum sibi non proponant finem, deviant à veritatis linea recta, longe q; errantes miserè evanescent in vanitatibus suis. Rectè igitur Philosophus: Si DEVS inveniret cor fidele, utiq; revelaret ei Scientiam & artem.